

- statur, sed non constat num ejusdem Muham-
medis I. *Abū-Ḥaff' Omari Poëma jambicum*
No. 130. Cod. arab. foll. 132, fol. min., char. nes-
chi antiquiori scriptus et vocalibus plerisque in-
structus: *Abū-Ḥaff' Omari Poëma jambicum*
de quæstionibus juridicis inter Abū-Ḥanīfam,
Jā'qūb' Abū-Jusuf, Muḥammed Ibn-Ḥasan
Es-Scheibānī, Zofar, Es-Schāfc'ī et Mālik
Ibn-Anes controversis. Complectitur decem ca-
pita, quorum unumquodque, singulos juris lo-
cos ex ordine persequens, ea quae illorum Do-
ctorum unus et alter in iis peculiaria habet vel
non cum ceteris omnibus communia, recenset.
In clausula auctor se poëma suum, 2666 ver-
sus complexum, absolvisse ait medio mense
Ssafir A. H. 504 (Chr. 1110 extremo). To-
tus Codex notis marg. et interlin. optimis re-
fertus est, quae plurima ex aliis libris excerpta
continent.
- 131. Cod. arab. foll. 34, 4^o min., char. neschi
exili et ad nestha'liq' vergente scriptus, pun-
ctis diacriticis passim omissis: *Djclāl-ed-dīn*
Fadh'l-Allah El-'Obeidī, vulgo Qādī-zādeh
dicti, Notae (Ḥāschijeh) in *Maḥmūd Et-*
Tschaghmīnī Tractatum astronomicum, qui
Mulachchif fī-ilm-el-keich inscribitur. Sen-
tentiae circulis et figuris astronomicis illustra-
tae sunt.
- 132. Cod. turc. foll. 374, 12^o, char. neschi scri-
ptus et fere totus vocalibus instructus, continens
idem opus quod Cod. 10, sc. *Qotb-ed-dīn*
Isāgogen, eamque ab initio integram, ut ex
hoc codice jactura novem illorum foliorum,
quae e Cod. 10 deperdita sunt, sarciri possit;
sed in fine tribus quatuorve foliis mutilam.
- 133. Cod. polonico-turcicus foll. 533, 8^o min.,
char. neschi scriptus et vocalibus instructus.
Paginarum ordo, ut apud nos, a sinistra dex-
trorsum procedit. Ab initio praeter leviora ali-
qua inveniuntur colloquia quaedam polonico-
turcica, quae ad sequentia non pertinent. De-
inde f. 43 v. — 47 r. utraque lingua exstat
index argumentorum quadraginta colloquiorum,
quae ipsa a f. 47 v. usque ad finem libri con-
tinuo se ordine excipiunt. Polonica sinistram

quamque paginam occupant, turcica dextram.
In epilogo horum colloquiorum se auctorem
profitetur idem *Iān Chārūskī Pāpāz-zādeh*, de
quo ad Cod. 59 dictum est, cujusque hic ite-
rum autographum habemus. Illorum conscri-
bendorum initium factum esse ait in urbe Lu-
blin, finem in urbe Jaroslaw d. 28 Sept. A.
Chr. 1711. Christianum fuisse, duo ultima col-
loquia clarissime demonstrant.

No. 134. Cod. polonico-turc. foll. 306 (quorum in
libro medio et extremo aliqua vacant), 8^o min.,
char. neschi scriptus et vocalibus instructus, pagi-
narum ordine a sinistra dextrorsum procedente.
Continet libri de Imitatione Christi versionem
polonicam, exscriptam illam ex editione Jesui-
tarum Racoviensium A. 1695, atque inde ex-
pressam turcicam, quam et fecit et propria ma-
nu scripsit *Jān Chārūskī Pāpāz-zādeh* (cf. Codd.
59 et 133) in urbe Jaroslaw, A. 1711. Idem
scripsit librum primum versionis polonicae,
alius secundum, alius tertium. Fol. 225 r. in
libri tertii cap. quarto deficit versio turcica, et
f. 297 v. in ejusdem libri cap. undevicesimo
polonica.

— 135. Cod. pers. foll. 265, fol., char. neschi for-
mae antiquioris et qualem Persae pingere so-
lent: *Kithāb-el-ferejdj ba'd-es-schiddeh we'd-*
dhīqah, Liber relaxationis post afflictionem et
angustiam, summo Veziro *Tāhir Ibn-Zenkī* in-
scriptus ab *El-Ḥasan Ibn-As'ād Ibn-El-*
Hosein Ed-Dihisthānī El-Muweidī. Hoc opus
collectaneum tredecim librorum complectitur du-
centas amplius narrationes, quarum omnium ar-
gumenta ad liberationem e variis aerumnis et
periculis redeunt, petitas illas partim e libro
arabico ejusdem argumenti, auctore *Abū 'l-*
Ḥasan' Ali Ibn-Muḥammed El-Medāinī, par-
tim e variis historicis aliisque. Oratio libri sim-
plex et nitida multis versibus arabicis et persicis
distincta est, quorum longe plurimos a se ipso
compositos esse auctor in praefatione profitetur.
Cod. abs. A. H. 1000 (Chr. 1591—2).

— 136. Cod. turc. foll. 100, 4^o, char. nestha'liq'
pinguiori, qualis a Turcis orientalibus pingi so-
let: Versio turcica libri *Kelīch we-Dimneh*,